Visitatio Terræ, seu Castri Burghetti

Die 12 Januarij 1771 de mane

Illmus, et Rmus D. hora decima quinta pervenit cum DD. Con-
visitatoribus, et familiaribus suis ad præfatum Castrum,
quod est sub Dominio R. C. Aplicæ, et domi suæ Re-
sidentiæ Pontificalia suscepit Indumenta, et de more
sub Baldachino Eccliam Parochialem adiuit, et ad Januam
Ipsius Ecclæ, Crucem à R. D. Tarquinio Capotosti Pa-
rocho, sive Archipro sibi porrectam osculatus fuit, ante
Altare maius Populum benedixit, Defunctorum absolutio-
nem explevit, sermonem de Sac. Visitatione habuit, missam
celebravit, in qua Populum ia Paratum Sac. Communione
refecit, et deinde visitavit, et decrevit ut infra

De Eccla Parochiali

De Smo Eucharistiæ Sacto

Visitavit Smum Eucaristiæ Sactum in Pixide, ac Ostenso-
rio, et mandavit Ostensorium melius firmari, et post so-
litas preces, cum eo Populum benedixit

Item mandavit Luminaria pro associando Smo Sacto ad In-
firmos muniri Vitreis Specularibus

De Fonte Baptismali

Mandavit interius expurgari, et in Vase Olei Chrismatis apponi Crucem

De Sacrario

Mandavit superius inscribi litteris visibilibus = Sacrarium

De Sac: Oleis

Conservant, in pariete à Cornu Evangelij Altaris maioris, et invenit ad formam

De Sac: Reliquijs

Mandavit tradi notam, et exhiberi litteras autenticas, et interim non exponi sub pœnis vide not. in pma Visitne Epi Blasij fol. 28

De Altare Maiori

Erectæ in eo sunt duæ Societates simul unitæ, nempè SSmi Sacti, et SSmi Rosarij aggregatæ Archiconfraternitati S. Mariæ supra minervam de Vrbe, quæ onus habent illud manutenendi de Cera, et Oleo, et possident nonnulla bona, sed diversas peragunt questuationes, quæ administrantur à Sacerdote pro tempore, reddi rationem, et tradi notam Bonorum Illmus D. mandavit, sub pœnis V. P 3 fol. 381

Parochus tenetur celebrare singulis Dominicis, et festis de Precepto cum Applicatione Sacrificij pro Populo, et eidem Congruam persolvit

solvit R. C. Aplica

Viso Altare invenit sufficient. provisum, sed indiget tela cerata, et Stragula

De Altare S. Caroli

De Iuribus familiae de Caffardis, ubi Heredes q. Gagliardani de Gagliardanis, tenent. celebrari facere missas triginta quolibet Anno pro Anima d. Gagliardini, ut ex Test.to condito die 25 Xbris 1636.

Altare pluribus ab hinc Annis fuit suspensum, quia nusquam adimpleta fuerunt decreta Epor. Alcotti, et Blassy, et quia supponitur bona assignata pro Dote esse extra Dioeces., et Beneficiatum degere in Terra Boncilionis, Illmus D. in ead. suspens. reliquit, et mandavit q. Archipresbitero sumi informationes, et communicari D. S. Illmo ad effm providendi.

De Altare S. Antonij Abbatis

De Iuribus Ecclae, ubi Affictuarius R.C. pro tempore tenet. celebrari facere singulis fer. 5., et in festo S. Titularis Missa cantata, cum alijs Lectis

Viso Altare Mandavit provideri de novo Lapide Sacro, et de tela cerata, et Stragula infra mensem

De Altare SSmi Rosarij

Manutenet. à Societ. eiusd. Tit., quae tenet. etiam celebrari facere quotannis Missas tres pro Aia q. Ios. N. et totidem pro Anima q. Augustini Calabresi

Equalibet pma Domca mensis fit Processio SS. Rosarij, et pma Domca 8bris decantat Missa p Parocho, et ab eod cu interuentu Populi singulis Domcis, et dieb. Mercurij, et Ven recitat 3a pars SSmi Rosarij cu Litanijs B.M.V. eq in die Sabbathi, qua recitatione Illmus D. mandauit seruari eq in alijs festis de precepto

Administratores Montis frumentarij tenent in eo celebrari facere missas quinque p annu pro q. Andrea Tomai

Adest etiam Legatu missarum quadraginta ex legº q. Cammillo Cardinalis explens p eius Heredes

Viso Altare, mandº prouideri de tela cerata, et Stragula, et in reliquis prouisum inuenit.

Q. Diana reliquit Domu ad usu Cauponæ sitam in Suburbio cu obligat.e, et onere missarum duarum qualibet hebdomada, sed cu minus Locet, Epi Predecessores mandarunt missas celebrari ad rat.e Eleemosinæ manualis

De Altº SSmi Saluatoris

Veneratur in eo Imago SS. Saluatoris maximæ deuotionis depicta in tabula lignea, et adeo uetusta, ut via sustineri possit, idcirco pro ea magis conseruanda, mandarunt Epi Predecessores ea processionalitr n deferri in Vigilia SS. Assumptionis, sed Loco illius confici alia Imagine Saluatoris, quod decretu Illmus D. omnino seruari mandauit sub penis

Societas

Societas SSmi Sacti, et Rosarij habent onus ibide celebrari faciedi Missas quinque p Annu

Adest eq Legatu Missar quinque pro q Vincentio de Vincentijs, alias descriptu in Alt. SSmi Rosarij

Viso Altare mandauit prouideri de tela cerata, et stagula in reliquijs inuenit ad forma

De Confessionali

Mandauit in eo apponi Imagines sacras ex parte Penitentis

De Sepulturis

Inuenit ad formam

De Tota Eccla

Mandauit explanari pauimentu in partibus necessarijs, reuideri et reaptari Tectum, et tota Eccla dealbari

De Sugestu

Mandauit renouari, cu presens tollerari nequeat

De Sacrystia

Mandauit reaptari Planeta diuersor colora cu Manipulo, et Stola, similiter manipulu nigri coloris, et proui deri de duobus nouis Missalibus, uno pro Missis M., et altero Defunctor

Die dta 2a Januarij de sero

Illmus D in prefata Eccla Parochiali premisso Sermone de Sac. Confirmatione chete Administrauit oibus à Parocho prese-